Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



pcor sup sorte iustor: ⁊ no ex
tendet iust ad iniqtate man
suas. Bene fac dne: bonis et
rectis corde. Declinates aut i ob
ligaciones adducet dus cu oper
tores iniqtate: pax sup isr.

Bene fac domine bonis et rec
tis corde. Iacti sunt. Euouae.

In exitu israel de egipto: domus iacob de populo barbaro.
Facta est iudea sanctificatio eius: israel potestas eius.
Mare vidit et fugit: iordanis conversus est retrorsum.
Montes exultaverunt ut arietes: et colles sicut agni ouium.
Quid est tibi mare quod fugisti: et tu iordanis quia conversus es retrorsum.
Montes exultastis sicut arietes: et colles sicut agni ouium.
Ab facie domini mota est terra: a facie dei iacob.
Qui convertit petram in stagna aquarum: et rupem in fontes aquarum.
Non nobis domine non nobis: sed nomini tuo da gloriam.
Super misericordia tua et veritate tua: ne quando dicant gentes ubi est deus eorum.
Deus autem noster in celo: omnia quecumque voluit fecit.
Simulacra gentium argentum et aurum: opera manuum hominum.
Os habent et non loquentur: oculos habent et non videbunt.
Aures habent et non audient: nares habent et non odorabunt.
Manus habent et non palpabunt: pedes habent et non ambulabunt.
Non clamabunt in gutture suo: similes illis fiant qui faciunt ea.
Et omnes qui confidunt in eis: domus israel speravit in domino.
Adiutor eorum et protector eorum est: domus aaron speravit in domino.
Quia memor fuit nostri: benedixit nobis.
Benedixit domui israel: benedixit domui aaron.
Benedixit omnibus timentibus dominum: pusillis cum maioribus.
Adiecit benedictionem super vos: super filios vestros.
Benedicti vos a domino: qui fecit celum et terram.
Caelum caeli domino: terram autem dedit filiis hominum.
Non mortui laudabunt te domine: neque omnes qui descendunt in infernum.
Sed nos qui vivimus benedicimus domino: ex hoc nunc et usque in saeculum.
Laudate dominum omnes gentes: laudate eum omnes populi.
Quoniam confirmata est super nos misericordia eius: et veritas domini manet in eternum.
Gloria patri et filio et spiritui sancto: sicut erat in principio et nunc et semper et in saecula saeculorum.
Amen.